



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 28. Doleræ Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI
A.C. 1568

quadragesimus secundus Claravallensium Abbas, qui Tridentinæ Synodæ interfuit, demum vero nominabatur Cardinalis Presbyter titulo sancti Marthæi. Tertius vocabatur Joannes Paulus ab Ecclesia Italus Tortonæ natus, qui primo Cardinalis Diaconus, & postea Presbyter tit. sancti Pancratii, necnon Præfectus signaturæ, ut vocantur justitiæ renuntiatus est. Hic antea Mediolanensis Senator, ac Papiensis Governator exstitit, mortua autem uxore sua, militiæ sacræ nomen dedit, Romanamque se recepit, ubi a Pio V. sua benevolentia honoratus magni momenti negotiis præfectus est, Denique quatuordecimus erat Antonius Caraffa Neapolitanus primo Diaconus, & postea Presbyter Cardinalis tit. sancti Eusebii, qui tamen mutato titulum sanctorum Joannis, & Pauli adoptabat: porro is antea erat Paulo IV. a cubiculis, necnon Vaticanæ Ecclesiæ Canonicus, qua tamen dignitate sub Pii IV. Pontificatu spoliatus est, cum communi calamitate Caraffarum familia premeretur.

§. XXVIII.

De lætæ Cardinalis obitus.

Ciacon.
pag. 860.
Ferd. Ughel
in Ital. Sa-
cro.

Quamvis quatuor hisce Purpuratis sacrum Collegium fuisset auctum, eodem tamen anno septem alii Cardinales

nales vivis erepti deplorabantur, eo-
 rumque primus erat Clemens Dolera
 Mense Junio Anno Christi millesimo
 quingentesimo secundo in Genuensi Diæ-
 cesi natus. Hic adolescens adhuc ad
 Fratrum Minorum de observantia fami-
 liam se contulit, ubi cum literarum
 studio, quæ ab humanitate nomen in-
 venerunt, deinde Dialecticæ. Philoso-
 phiæ, ac Theologiæ se dedisset, Ma-
 gister evasit, atque eas scientias mul-
 tis in Gymnasiis publice summa cum
 laude professus est, ob quarum singu-
 larem præstantiam ad supremum Ordini-
 nis sui Ministerium Anno salutis nostræ
 millesimo quingentesimo quinquagesi-
 mo tertio evehctus est, huicque muneri
 per sex annos summo omnium Religio-
 forum suorum applausu præfuit: porro
 hoc ipso officio sibi ad majores honores
 aditum patefecit, atque a Paulo IV. in
 tertia Cardinalium creatione anno Do-
 mini millesimo quingentesimo quinquagesimo
 septimo purpura Romana deco-
 ratus est, vulgo dictus Cardinalis de
 Ara Cæli, eo quod hujus Ecclesiæ ad
 sanctam Mariam de Ara Cæli titulum
 obtinisset. Postea sacri Romani Im-
 perii Protector nominatus a Pio V. ad
 Episcopatum Fulginatensem in Umbria
 vocatus fuit, ubi nil antiquius habuit,
 quam ut Synodi Tridentinæ decretis in
 sua

Sæcul. XVI.
 A.C. 1568.

*Vad. de
 Script. Ord.
 Min. Au-
 bery hist. des
 Cardin.*

Sæcul. XVI
A. C. 1568.

fua Diæcesi receptis Ecclesiasticorum mores corrigerentur, pauperes recrearentur, ordinumque Religiosorum fines extenderentur: quapropter Capucinis monasterium concessit, & quandam Ecclesiam Fratibus Prædicatoribus attribui curavit. Obiit Romæ sexta Januarii sacris tribus Regibus sacra, anno ætatis suæ sexagesimo septimo, atque hæredes in testamento instituit pauperes, quorum morbi in Nosocomio S. Jacobi curari haud poterant. Corpus ejus sepultum est in Ecclesia sanctæ Mariæ de Ara Cæli ante Altare maximum, ubi ejus epitaphium marmoreo monumento incisum visitatur.

§. XXIX.

Michaelis Saracenæ Cardinalis mor.

Ciacon.
pag. 770.

Alter erat Joannes Michael Saracenus ortus ex nobilissima inter Neapolitanas familia, quæ olim Girifalca, postea autem ob victoriam de potentissimo hoste saraceno a fortissimo equite Gerardo reportatam Saracena fuit nominata. De cetero Michael die prima Novembris Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo primam lucem aspexerat, atque Archiepiscopus Materanus ad Cæsaris Caroli V. nominationem a Clemente VII. tertia Julii die Anno post Christum natum millesimo quin-